complicitatis liberum et absolutum fecit et pronunciavit, Decreti praesentis vigore.

Tomaszowsky Bannitus et Publicatus.

Instigator Officii praesentis Capitanealis Castrensis Lublinensis, et Nobilis Stanislaus Mossensky Nobilis olim Pauli Mossensky Rybka, filius dellator, Actorea et vincere intendens pars, Nobilem Stanislaum, filium Nobilis Petri Tomasdowsky, tanquam impossessionatum golotam et odardum w Adcitatione brachii Capitanealis Castrensis Lublinensis, ad banniendum et de Regno Poloniae, dominiisque eius annexis proscribendum, edita, adcitatum, per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zalesky, iuridice ad Judicium praesentis Capitaneale Castrensis Lublinensis; Ad instantiam suprascriptae Actoreae partis vocatum et non comparentem, in poena bannitionis, iudicialiter condemnavit, iuxta Acta et citationem suam infrascriptam, tenoris huiusmodi: Joannes Firley a Dambrowica Lublinensis etc. Capitaneus. Tibi Nobili Stanislao, filio Nobilis Petri Tomasdowsky, tanquam impossessionato goloto et odardo, quoniam de possessione tua nullibi constat, de persona tua ponendo citationis praesentis, in bonis iisque iuribus aliorum personarum nihil nocendo, mandamus vigore Regio, et nostra Capitaneali, qua in hac parte fungimur, authoritate, ut coram nobis seu Judicio nostro in Terminis Judicialibus feria secunda post Dominicam Cantate proxime ventura in Castro Lublinensi celebrandis, aut his deficientibus, tamen in proximis personaliter peremptorieque compareas: Ad instantiam Instigatoris Officii nostri Castrensis Lublinensis, tum et Nobilis Stanislai Mossynsky, Nobilis olim Pauli Mosdynsky Rybka filii, dellatoris: Qui te vigore Constitutionis Regni de impossessionatis sancitae et laudatae, quoniam bona tua haereditaria desunt, in quibus intromissio peteretur, citat seu potius adcitat, alias przypozywa cię, ad translapsam citationem suam ad banniendum contra te editam, terminumque translapssum ex eadem provenientem, qui sibi sunt tecum in Terminis Judicialibus nuper praeteritis translapsi, iuxta eandem citationem qua te cittavat, et nunc adcitat, ad banniendum

et de

et de Regno Poloniæ dominiisq[ue] eius annexis proscribendus ex eo. Qa
tu in contrarium Decreti Judicii nostri, quo tibi iniunctum erat, in vim
Actoris Termini concittorii tanquam super impossessionato obtento, ut pro pertinen-
tiis satisfacias, vel parata pecunia in duabus Septimanis vel
in sex per statuitionem fideiussorum possessionatorum, reponas, quibus
omnibus contrarius extitisti; Et hoc in casu, occasione per te Actori tem-
pore certo non ita pridem perpetratto in Curia Siepraw[s]kich Villæ Sie-
prawice vulnus inferius cubiti manus dextræ, cruentum, sectum
magnum, profundumq[ue], à quo mutilatio digitorum medii et fidii manus
eiusdem speratur, intulisti et inflixisti: Quod vulnus Officio
praesenti in recenti commonstratum est, et in qua paratus est te de for-
ma iuris conuincere; faciens praemissa in graue damnum et praeiudi-
cium Actoris non mediocre; Quod sibi contra te taxat, ad Ducentas
Marcas pecuniæ polonicalis, et damni totius, vel prout Judicium decernet,
Citaris igitur ad videndum et audiendum, super te bannitionem decerni, et per
Ministerialem publicari, ad omniumq[ue] notitiam deduci, ad praemissa sis iuridice
responsurus. Datum in Castro Lublinensi feria secunda post Dominicam
Conductus Paschæ proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesi-
mo Duodecimo.
Et Judicium praesentis Capitaneale Castrense Lublinense, post huiusmodi condem-
nationem praedicti Stanislai Tomaszowsky eundemq[ue] iureuictum rebellem,
et iuri communi regni contrauenientem, de Regno Poloniæ, dominiisq[ue]
eius subiectis bannitum et proscriptum esse, vigore Statuti de hoc
sanciti, decreuit, Ministerialemq[ue] Generalem Regni Nobilem Joannem
Zalesky ad publicandumq[ue] huiusmodi bannitionem praefati iureuicti addidit,
Qui quidem Ministerialis coram eodem Judicio personaliter stans, publice
recognouit. Quia decretum bannitionis suprascriptum, contra praedictum Toma-
szowsky iureuictum, prolatum, die hodierna hic in Castro Lubli-
nensi in praesentia Judicii, et multorum hominum ad Judicia congrega-
torum alta et intelligibili voce proclamauit, eundemq[ue] Toma-
szowsky tanquam iuri communi rebellem de Regno Poloniæ et
dominiis eidem subiectis, bannitum esse ad notitiam homi-
num deduxit.